VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Seite 120r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Esdre

asc aliquid immutari. primum enim magnorum sumptuum est. et infinite difficultatis exemplaria posse habere omnia. De inde et iam qui habuerint et hebrea sermonis ignari sint magis erabunt ignorantes quis emendatus uerus dicere. Quod et iam sapientissimo cuidam uiro apud grecos accidit. ut interdum scripture sensum relinquens. uniuscuique cuique interpretis sequeretur errorem. Nos autem qui hebrece lingue saltem paruam habemus scientiam. et iannus ipse ut cum ipse non re est. et re alius magis possimus iudicare. et ea que ipsi intelligimus in lingua nostra exprimere. Itaque licet exystimatis sibilet uiroque si non inscitia latere nunquam mecum iuuante xpo silebit eloquii et iam precisa lingua balbutiet. Legant qui uolunt. qui nolunt abiciant. cuentilent apices litras emendent magis uestra caritate prouocibor adstudium quam illorum detractione et odio detrahentium.

Incipit esdre. Incipit liber.

NAMO PHOCY

II. regis persarum. ut compleretur uerbum domini ore ieremie. suscitauit dominus spiritum cyri. regis persarum. et fecit uocem in omni regno suo et in scripturam dicens. hec dicit cyrus rex persarum. Omnia regna terre dedit michi dominus deus celi. et ipse precepit michi ut edificarem. s. domum in ierusalem que est in iudea. Quis est in uobis de omni populo eius. sit deus illius cum ipso. ascendat in ierusalem que est in iudea. et edificet domum domini dei israel. ipse est deus qui est in ierusalem. et omnes reliqui in omnibus locis ubicumque habitant. adiuuent eum uiri de loco suo argento et auro. et substantia et pecoribus. exceptis quod uoluntarie offerunt templo dei. quod est in ierusalem. Et surrexerunt principes patrum de iuda et benjamin. et sacerdotes et leuite. omnis cui deus suscitauit deus spiritum ut ascenderet. ad edificandum templum domini quod est in ierusalem. omnesque qui erant in circuitu adiuuerunt manus eorum in uasis argenteis et aureis. in iumentis et in omnibus et suppellectilibus exceptis his que sponte obtulerunt. Rex quoque cyrus. protulit uasa templi domini. que tulerat nabuchodonosor de ierusalem. et posuerat ea in templo dei sui. Protulit autem ea cyrus rex persarum per manum mithridatis filii gazabar. et annumerauit ea sasabazar principi iuda. Et hec est numerus eorum. phiale auree. xxx. et phiale argentee mille. culti xxviii. cyathi aurei. xxx. cyathi argentei secundi. cccc. x. uasa alia mille et omnia uasa aurea et argentea. v. milia. cccc. Omnia tulit sasabasar cum his qui ascendebant de captiuitate babilonis in ierusalem. Hii sunt autem filii prouincie qui ascendebant de captiuitate quam transtulerat nabuchodonosor rex babilonis in babylonem. et reuersi sunt in ierusalem et iudeam. unusquisque in ciuitatem suam. qui uenerunt cum zorobabel. hiesua. nehemias. saraia. rachelaia. mardochai. beltan. mesphar. beguai. rehum. baana. Numerus uirorum populi israel. Filii pharos duo milia. clxxii. filii sephetia. ccc. lxxii. filii area. dcclxxv. filii iesphe. ccc. lxxii. filii phaethmoab. filiorum iesu. ioab. duo milia. dccxii. filii elam. mille. cclviii. filii zethua. dccccxlv. filii zacchai. dcclx. filii bani. dclxii. filii bebai. dcxxiii. filii azgad. mille. ccxxii. filii adonicam. dclxvi. filii beguai. duo milia. lvi. filii adin. cccc. liii. filii asir. qui erat ezechia. xcviii. filii besai. cccxxiii. filii iora. cxii. filii azom. cxxiii. filii zicha. xcv. filii bethelem. cxxiii. filii nethupha. lvi. filii anathoth. cxxviii. filii azmauet. xlii. filii cariatiarim